

fibis obtusi, cum velamine in lectione veteris testamenti; dum idoneos non fecit testa- menti novi non litera, sed spiritus quia revelata facie gloriam Domini speculantes in ean- dem imaginem transformamur ad claritatem in claritatem, tamquam a Domini spiritu. A claritate in claritatem, id est, de libertate in libertatem; quippe projectis velaminis servitatem, transimus in libertatem voluntatis, & libertate mentis fove cognitionis. Men- tis, quoniam clare cognoscimus, quae in figura contingebat illis: nova mysteria obum- brata, quorum corpus erat Christus, quasi rota in medio rota. Illique fide nec vident ob- lectum, quoniam adhuc velamen super cor eorum. Voluntatis, quia ducimur, & sequimur amorem iustitiae, haud uti illi formidinem poene in preceptis fulminatis: igitur ut ac liberè implemus gratiae legem, & Domini voluntatem ex amore virtutis propter virtu- tem amoris. Amor occupat nobilitate pectus, ubi residet Spiritus: quae libertas a chari- tate, opponitur Hebraeorum servituti. Accinit Iacob. Billius in Antolog.

Quae dita- tur libertas voluntatis & mentis:

Iacob, Bill.

Cuius maior lex gratiae gratiae legis.

Augustin.

Ioann. 8.

Ubi supr.

Qualis liber- tas & ma- ius liberta- tis datus per Christum: Metonymia.

Claudian.

Ubi supr.

Quae & qua- si libertas in liberta- tem:

Libertas nulla est melior, maiorve potestas, Quam servire Deo, cui bene servit amor. Absque iugo posita est ditionis amica voluntas: Quae vget affectu, non gemit imperio.

47 Dum dicitur liberi à lege, non intelligitur à legis gratiae preceptis, nec à Superiorem directione potestatis; ut pravè ac superbè fecerant Gnoillici olim, & novissime ann. 1521. qui dicitur Libertini: de quibus Petr. Annat. in Theolog. post. lib. 7. Liberi ergo sumus in lege gratiae à peccato, non à lege, quae dicit servis: Subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, sed etiam dyscolis. Haec est enim gratia, quia sic est voluntas Dei, 1. Petr. 2. à 15. A lege libertas, est libertas à veteri lege, non à lege gratiae; ab eo qui legem non venit solvere, sed adimplere. Non enim sub lege estis, sed sub gratia: dicit Do- ctor Gentium, Rom. 6. 14. At quid? Respondet Augustin. de Continent. cap. 3. Qui sub lege vivunt (quia iubetur quod bonum est, sed non datur non vivunt sub gratia, quae dat per Spiritum Sanctum, quod per legem iubetur. Haccine de causa haec lex fidei, & illa fa- ctorum; de quo egimus, Tom. 4. T. 2. à n. 5. Expressit Assertor N. dum servis sub lege di- xit: Si vos filius liberaverit, vobis liberi eritis. Vobis, quia lege gratiae & signavit legem & gratiam in observationem. Per veterem Hebraei habebant libertatem, quam dicit Salva- tor servitutem; quippe illa servorum peccata signabat, sed non debebat. Per hanc (Chri- stum scilicet) vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus qui non potuissent in lege Moysi iustificari, Act. 13. 39. Per legem cognitio peccati, sed abolitio, non fit: quia vir- tus peccati lex. Lex enim gratiae hinc est libertas & servitus: libertas à peccata servitute legi; servitus, sub iugo amoris. Liberati à peccato, serviti facti estis iustitiae. Rom. 6. 18.

48 Ex controversia tanti momenti; descendere opere pretium, in materiale litera. Saepè ut vidimus in Scriptura dicitur actio & effectus, & interdum actionis modus, in an- tiorem animi, vel argumenti expressionem, de quo supr. n. 7. & 10. In praesenti testimo- nio, per tota Quae libertate, demonstratur: Qualis sit, & quam magnificè à quo: non solum à servitute liberavit nos Assertor; sed gratis liberavit, misericè, generosè, summo studio, la- bore & obsequio: contulit enim servis non solum libertatem, sed maximam, plenissimam, pretiosam, loculentam & omnimodam. Obijcitur actio, & Redemptoris miro modo be- neficium redemptis, sedentibus in tenebris & in umbra mortis. Effectus pro causa, ut il- lud Iesai. 35. 10. Lætitia sempiterna super capita eorum. Læticia pro corona, quippe quam confert corona læticiam. Si Purpura pro Rege: Claudian. 3. Stilicon. v. 118.

Posito iam purpura fastu, De se iudicium non indignatur habere:

Potestas pro Magistratu & Consulatu: Sueton. in Caesar. cap. 20. & in Caligul. 26. Rege- ritur interdum vox expressa; quae sine pleonismo exponitur alià voce æquipollente, eius- dem significationis, sed non soni, ne fiat Tautologia dialecto lingua. Quare pro Liber- tate liberavit, Ar. Montan. Libertate donavit: q. d. liberos nos fecit, favit, & ex servi- tute nos eripuit & eruit.

49 Aliter dum signatur libertas in libertatem. Liberabitur à servitute corruptionis in libertatem filiorum Dei: igitur dono additur maius donum: libertati scilicet naturae, li- bertas gratiae, & utrique libertas gloriæ. Imus de virtute in virtutem, ut videatur Deus Deorum in Sion: igitur de libertate à necessitate fit transitus ad libertatem à crimine, postquam ab hac in libertatem à cuncta oppressione miseris, in illa caelesti patria, quò tota felicitas est, & non est ultra quod melius sit. Libertas in pleniore libertatem, ut ho- mo vivat felicissime beatus; quia gratiam & gloriam dabit Dominus. Quis dicit, dixisse

Se-

Senecam? Expestant nos, si ex hac aliquando face in illud evadimus sublimè & excessum (ait Epist. 75.) tranquillitas animi, & expulsi erroribus absoluti à veritate. Ibi gloria di- vitiæ, in vitali æternitate cum morte mortis, morte criminis, & morte necessitatis. Ibi Vita vitalis, vita beata, vita securus, vita tranquilla, vita gurgulis, vita tristitia, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbacione, sine varietate & mutatione; ubi amor perfectus, timor nullus. Ita August. Meditac. cap. 22. Quam dile- cta tabernacula tua Domine virtutum! Concupiscite tantæ felicitatis delicias: ibi enim tota beneplaciti libertas; ut (post gratiae prætibilem libertatem) impleamini in omnem plenitudinem. Crucius in Psalm. 83.

Bonus tua gratia munit:

Gloria clarebit, cum super astra feres.

50 Cunctæ ergo affines delicate Tautologia: restant versiones principales pleonas- mi. Eruens liberavit nos, Hebr. Eripere eripies, eripere favorem facere. Arab. Ad votum cumulati favorem faceret. Hebravit. Syr. & Ethiop. Perfecit plenissime proteget. Maudend. & Sanct. Gerisime, sine dubio liberabit. Ergo qui gaudemus libertate iudicij, consilij etiam avidè gaudeamus libertate; ut penitentibus in gratia adveniat libertas plena complaciti in gloria.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Excus.

- 1. Eruens liberabit nos. Nostra per Christum in summam felicitatem fovetur spes. Felicitas, à gratia: summa, à gloria. Felicitas per gratiam, anima: per gloriam, corpori. Illud in resurre- ctione: hoc in ascensione Christi: qua quidem ut esset homini felicitas summa; vivificavit in cœlum mortalia corpora nostra. 2. Eruens liberabit. Hominem quoad ani- mæ servitutem, liberaverat; sed corpus à servitute libertate non eruerat. Ab illo totus homo liberandus, dum gloria do- naret corpus: gloriæque corporis signat in Thabore specimen; quippe etiam corpus per gloriam adepturum libertatem. 3. Eruens liberabit nos. Propheta expræsit, qua libertate Christus nos liberavit. Ho- mo per Salvatoris crucem obtenturus libertatem: priùque instituitur Eucha- ristia; ut gratiam libertatis discipulorum præveniret gratia: etenim si libertas ple-

nè intenditur; in Sacramento illis datur, & uti pignus amoris, quod illis traditus, traderetur pro illis. 4. Eruens liberabit. Estne differentia? Et magna, dum ad insidias Veneris pro li- bertate non capitur fuga. Fallax est, fra- gile cor; quod manet in servitute, quàm sibi videtur erui: quandoquidem nullam habet libertatem, ni fugerit occasionem. 5. Eruens liberabit. Alij à peccato gratia subsequente, liberantur; verùm præve- niente, non eruantur: Virgo-Miter in libertatem eruitur, ut prodigium concep- tionis præsignetur; etenim maius inter prodigia; quod ex infestâ radice, primo insanti cœceptionis existeret sine macula. 6. Eruens liberabit. Saepè homo fragilitati cedit; sed modum libertatis gratia dis- sponit: igitur Numen uti clemens, quos non eruit, ne exspirent in culpam; li- berat, quamvis iaceant, per peniten- tiam.

DIDASCALIA PRIMA.

Per Christi in Empyrium ascensionem, homo nactus plenissi- mam libertatem.

Iesai. 36. 17.

Quæ in hocinè mysterio sin- gularia mirabilia, vigilantèr exprimuntur in præfenti Tautologia. Eruens (dicitur) liberabit nos. Ethiop. Perfecit plenissime. Elucet in Red- emptoris ascensione. Eruit, liberavit, & perfectè. iacebat homo, extractus è paradi- si deliciis sub captivitate tyrannica dzmo-

nis. Filius Dei audiens clamorem, miserum vidit, de cœlo descendit, hominem induit, ut per similitudinem destrueret inimicum & ultorem; perficiens meritò laudem: igitur per mortem eruit hominem a dzmonis servitute: per resurrectionem donavit sin- gulari libertate: denique per ascensionem, plenissime; quia nos (ut inquit Leo Pap. Sermon. 1.

Seneca: Epist. 3. 16.

August.

Gloria quam optabunt ibid. v. 19. Crucis

Perfusa.

Ex felicitate bo- ni d, al casto Chri- stiani. Leo Pap.

1. In hocc mysteio) ampliora adepti per ineffabilem Christi gratiam; quam per diaboli amiserant invidiam. Diabolus supplantatione quos eiecerat extra paradysum eveetos vidit per Salvatorem in caelum.

Tu noxia pectora solvis, Elapsuq animas in corpora functa reducis, Et vitam remeare iubes. Tu lege recepti Muneris, ad Manes penetras, mortisque latebras

Claudia

Immortalis adis : nasci tibi nam fuit uni Principium, finisque mori: sed nocte refusa In caelum, Patremq; rediis: rursusque perenni Ordine purgatis admittis contagia terris.

Ita Claudian. seu potius Damafus, Car. 2. de Christ. Totum hominem a servitate gratis eruit; qua libertate Christus nos liberavit.

Galat. 4. 31.

Libertas super libertatem signat, & ascensione in caelestia plenitudinem demonstrat: etenim ut totum hominem e servitute redimeret; suum etiam corpus gloriosum in Empyrio collocavit.

Ioann. 12. 32.

2 Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum: dixit ipse turbis & praedixit; quin quod dixerat, audientium corona caperet. Quid est Omnia? Quomodo Omnia, si exaltatus a terra? Per crucem sane, exaltatus in terra, sed ignominiosus visus: in ascensione ad Patrem, tunc a terra exaltatus: videntes enim discipulis, elevatus est in caelum; & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Quomodo ergo tunc exaltatus a terra, ad se in caelum traxit omnia? Omnia quae expectant libertatem hominis; qui tunc premebatur duplici iugo tyrannice servitutis. Constat homo anima & corpore: & utrumque erat sub captivitate: anima sub potestate demonis, corpusque sub dominatione mortis. Passus Christus, ab homine avertit servitutis malum: sicut concessit libertatis bonum; quippe anima a demone, crudeli exactore libera: & exaltatus a terra, ut liberetur homo plene, dicit Omnia; quoniam ascensione etiam hominis corpus liberavit, & usque in caelum evexit. Illa enim natura, cui dictum est: Terra es, & in terram ibis; hodie in caelum ibis: inquit Gregor. Magn. in Evang. Homil. 29. Terra iam non terra: redemptio Christi copiosa: etenim a terra versus caelum elevatus; ut esset caeleste, traxit ad se terrenum hominis corpus. Diversa Ethnicorum Philosophorum iudicia de corpore hominum, & corporis forma; ut notat Theodoret. 4. Contra Graec. afection. Unde Lucrer. 3. de Rer. natur. l. v. 500.

Unde ascensione gloriosa, libertas hominis plena.

Gregor. Magn.

Cedit item retrò, de terra quod fuit ante, In terras; & quod missum est ex aetheris oris, Id rursum cali relatum templa recipiant. Necdum visa hominis summa felicitas, & eius tota libertas; Omniaque dicit Christus exaltatus a terra; quoniam corpus etiam hominis secum collocavit in gloria.

3 Exaltatus a terra, ut terra in caelum exaltaretur; quia cum illum in crucem exaltaverint; quis fuerit, & esset mirabundi cognoscunt: equidem etiam in homine gravas dumtaxat ille quibus exaltare omnia in terra, animam per crucem a terra corpus etiam per caelestem ascensionem, Omnia: retulit (subdit Augustin. hic. Tract. 50.) ad naturae integritatem: id est, ad animam & corpus. Corpore & anima constat homo: & ad naturae integritatem fit Salvatoris ascensus quippequam uti filius hominis penetrat caelum, ut corpus etiam ibi videatur gloriosum. Hinc, Oportet exaltari filium hominis. Quem oportet; hominem, vel filium hominis; Utrumque. Hominem inaudita felicitate: filium hominis, amore quo ascendens in Empyrii celsitudinem, arbitrat uti propriam hominis exaltationem. Oportet, filium hominis exaltari a terra, ut exalteretur terra, & simul integra tota natura; non pars quae terrena iaceat pulvis sine gloria; & ubi in exaltatione a terra, Salvatoris indicatur sublimitas, in societatem recollitur humanae naturae integritas; quoniam filius hominis gloria exaltatus a terra, hominem etiam glorificaturus corpora. Ex gloria eiusdem humanitatis, elucet, Quis est iste filius hominis. Iste, non alius; quia non per alium homo valebat ascendere caelum. Iste, a quo tota gloria naturae humanae; quae nonnumquam iaceret infeliciter sub mortis damnosae tyrannide, ni fuisset iste. Exaltatus cognoscitur quis sit. Si homo Salvatorem expectat, Iste est. Iste, qui Numen, iam homo ut salvaret hominem: etenim hominumquam ascenderet in felicitatem beatitudinis; ni esset iste filius hominis.

Augur.

Verf. 14 Plena gloria, & felicitas, si corpus transscendat claritas.

Ibid.

Ni filius Dei de caelo descenderet, homo periret.

Nat. Com. Quae ante a caelo venit.

Pier. Val. Peccatum, ut ille accinit, — Pedes geminas grave pondus ad imos Appendit incasas.

Tanta potentia, tantumque artificium in his mundanis corporibus, ut nulla vis humana dissolvere possit, nisi idem artifex: subdit Natal. d. Sic igitur in hocc articulo, apud Homer. Iliad. 8. l. v. 19. Iupiter tonat: Catenam auream de caelo suspendentis, Non traxeritis de caelo in terram Iovem, summum consiliarium: sed quando iam ego cupidus voluero trahere, Cum ipsa terra traham. Ideo catenam deum ad verticem Olympi adligabo.

Ita Conditoris; sed vindicis munus: verumtamen indicat, quod aliquando trahendus. Achil. Bocch. Symbol. 49. non secus depingit curvam, pressam humanam naturam, collo portantem catenam, simulque laboris folamen; quippe sentiebat e caelo pendentem: patientiaque, vincit vindicem pravariationis, sperabat quoniam ab illo catena pendeat: equidem pressa gravamine vinculorum; habebat hilaris quibus feliciter tracta elevaretur in caelum. In huiusmodi articulum querula dicit: Vigilavit iugum iniquitatum mearum: in manu convoluta sunt, & imposita collo meo. Infirmata est virtus mea: desit me Dominus in manum, de qua non potero surgere. Verum est alia manus, quae poterit valeat nexus dissolvere. Felix catena, quae ducit ad astra! Dicitur pati, qui vult vincere.

— Iuvat subdere colla, Aurea quod caelo missa catena regit. Hi sunt funiculi Adam, atque preciosa vincula; quibus homines in caelum trahuntur a terra: qui enim ducentur per penam; trahuntur catenis, ut exaltemur in gloriam. Ergo in Didascaliam.

5 Ut Sponfa, sibi gratia iungenda, in paradisi humo condita a Numine natura felix humana, desiccat Conditoris, in benedictionibus dulcedinis; ut iusticia fideque servata, congruo tempore transferretur in altiora: ex terra felicit in caelum, ut Sponsi in perpetuum videret vultum. Descevit vana (ait seducta, a serpente supplantata) a Conditore Sponfo, illicque ciecta est e paradiso, quin ascendere possit in caelum; quippequam crimine clausum: illamque suspendit in catena fixa caelis, cui hostis victor duas addidit incudes; quibus traheretur in tartara, omnino pressa & oppressa: morte feliciter animae, & morte corporis, adamantinis vinculis: anima defectu gratiae; corporis, absentia vite: sine gratia animae.

6 Quia ficine suspensa, saepe in caelum levabat lumina, gemitu clamoreque magno Sponfo Conditori dicebat: Noli me considerare, quod fusca sum. Nigra sum, quae quidem formosa fui. Trahe me, post te curremus. Desiderium habebat dissolvi, & cum Sponfo feliciter esse. — Quo tormento crucientur amantes, Exemplo poterit discere quisque meo. O mea si lacrymis mollescere vincula possent!

Hec nisi qui vincit, solvere nemo potest. Sic Trahe me. Impossibile prorsum: clausum est caelum. Ut curramus, trahere me. Ni traxeris, non curremus. Trahe me. Verum Heu! Sic erimus, ni traharis; quoniam trahi nequimus, ni descenderis. Quando & quomodo traheris, ut trahamur? Clausa sane ianua terrenis in gloriam, ni aperiatis tractus in terram.

Non traxeritis e caelo in terram Iovem, summum consiliarium: sed quando iam ego cupidus voluero trahere, Cum ipsa terra traham. Quid? Trahe me. Si renuis, catena est in Olympo, ut traharis; & tractus trahas, atque dissolvas catenas. Suspendit error? At ingeniosus est amor. Iam enim in terra, cuius concupiscis speciem, laudaque decorem; quae catena non ligata, nec macula in ea, quia tota pulchra. Trahe me. Non vis trahere? Traheris, eius amoris vinculis. Modò gloriamur: trahemur: equidem immaculata Virgo Sponsum sibi invenit in caelo. Haec (ut ait Ambrosius, 1. de Virginib.) nubes, aera, Angelos sideraque transgrediens: Verbum Dei in ipso sinu Patris invenit, & toto haesit pectore. Si totum negotium, ut natura humana traheretur in gloriam, quod Sponfus traheretur in terram (cum ascendere nequiret, ni ille descendere) utique perfectum est: et si thronus longè sit; Virgo in caelo Sponsum in caelo quaesivit, & ut filium dilectum in terram traxit. Illa traxit, ut humana natura, iam soluta trahi posset.

Tom. VIII. Tautol.

mà crimine ducta in cruciamen; sine vita, corpore redacto in pulverem. Unde infelix lapsus ex culmine patiebatur ærumnam, suspensa prorsum inter caelum & terram. O clementia Conditoris, vel fungentis iure vindicis! A se expulsi, ceterum catenâ dixit: & spem reductionis non removit, sed tempus usque suspendit. Succinit qui dudum, Symbol. 132.

Aspice quam divi sit magna potentia amoris! Stat complexa globum mundi, quem sustinet illa,

Caelesti demissa manu, miranda catena. Quia ficine suspensa, saepe in caelum levabat lumina, gemitu clamoreque magno Sponfo Conditori dicebat: Noli me considerare, quod fusca sum. Nigra sum, quae quidem formosa fui. Trahe me, post te curremus. Desiderium habebat dissolvi, & cum Sponfo feliciter esse.

— Quo tormento crucientur amantes, Exemplo poterit discere quisque meo. O mea si lacrymis mollescere vincula possent!

Hec nisi qui vincit, solvere nemo potest. Sic Trahe me. Impossibile prorsum: clausum est caelum. Ut curramus, trahere me. Ni traxeris, non curremus. Trahe me. Verum Heu! Sic erimus, ni traharis; quoniam trahi nequimus, ni descenderis. Quando & quomodo traheris, ut trahamur? Clausa sane ianua terrenis in gloriam, ni aperiatis tractus in terram.

Non traxeritis e caelo in terram Iovem, summum consiliarium: sed quando iam ego cupidus voluero trahere, Cum ipsa terra traham.

Quid? Trahe me. Si renuis, catena est in Olympo, ut traharis; & tractus trahas, atque dissolvas catenas. Suspendit error? At ingeniosus est amor. Iam enim in terra, cuius concupiscis speciem, laudaque decorem; quae catena non ligata, nec macula in ea, quia tota pulchra. Trahe me. Non vis trahere? Traheris, eius amoris vinculis. Modò gloriamur: trahemur: equidem immaculata Virgo Sponsum sibi invenit in caelo. Haec (ut ait Ambrosius, 1. de Virginib.) nubes, aera, Angelos sideraque transgrediens: Verbum Dei in ipso sinu Patris invenit, & toto haesit pectore. Si totum negotium, ut natura humana traheretur in gloriam, quod Sponfus traheretur in terram (cum ascendere nequiret, ni ille descendere) utique perfectum est: et si thronus longè sit; Virgo in caelo Sponsum in caelo quaesivit, & ut filium dilectum in terram traxit. Illa traxit, ut humana natura, iam soluta trahi posset.

Achil. Bocch.

Cant. 4.

Herm. Hug. 3. Suspir. 9. Eius caetera pro descensa sicut Dei.

Homer.

Ambros.

Virgo in terris traxit Verbum dei non e se natura

equidem qui catenam in Olympo tenebat, fursumque regnabat; per illum in terris victus, & cum hominibus conversatus. Est filia melior filia: dicitur à Siracho. Natura humana Dei filia fuit. Virgo origine, filia filix: & fuit filia melior filia, à criminis separata catena; quia Deum, quem illa in paradiso removit, ingenio amoris matris ad illam traxit.

Virgil

Aeneid.

1.134

Gregor.

Mago.

Colof

2

34.

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

1.132

Summa do homo ascensio nobilissimi collocatur in caelo

Sybill.

Psal. 56

1.1.

Dei gloria, colla

ta hominibus gra

tia.

7. Hocce Sponsae suspirantis crebris gemitibus votam, deducit Gregorius Magnus in Ascensionis mysterium. Ascensione sua (subdit d.) ostensus est homo sublimis: quia delatum est bodierna die chirographum damnationis nostrae. Ecce ut nos post se currere faceret: ut ei diceremus ex corde. Trahe nos post te. Unde si trahitur, chirographum damnationis delebitur? Crimine à catena fuit suspensa praevaricatrix humana natura, quin ascendere, nec trahi valeret superius; quoniam premebatur deorsum duabus incubibus: anima scilicet in exactricem è chirographo mortem; atque per illam etiam corporis in pulverem. Nequibat trahi in superiora, etiam pendente catena; quin excuteret gravamina: trahique cupit modò in caelum; quia iam delatum chirographum, quod erat contrarium nobis, ne homo gloriose videretur sublimis: trahiturque è post illum in aethera currit, dum Salvator, ut trahat, triumphans in caelum ascendit; quia animam decoravit, restituta gratia, & corpus donavit gloria. Omnia traxit; equidem animam gratia exemit à morte, & gloria carnem à pulvere. Homo trahi nequibat in gloriam, ni Verbum, ut homo fieret, traheretur in terram. Tractus venit, & ascendens exaltatus à terra, omnia ad se traxit; quia eius ascensione Deus homines gloriose evexit in caelum animà è corpore, ut fierent conformes imaginis filij sui. Praeclinuit etiam Sybilla apud Ravif. Textor. in Synonym. litter. C. signans carenam, qua Verbum descendit & ascendit, ut hominem è terra exaltaret in gloriam.

Et magno equava Parenti Progenies, superas caeli qua emissa per auras, Antiquam generis lobem mortalibus agris Abluit; obstruente viam patefecit Olympi.

8. Etiam David felicitatem ex ascensione Salvatoris praecognovit, ut plena hominis libertas esset. Hinc avens clamat: Exaltare super caelos Deus, & super omnem terram gloria tua. Dixerat, v. 6. In omnem terram gloria tua. Si in omni terra ostenderat gloriam; utquid modò super omnem ter-

ram? In primo gratia significatur: quae postremò gloria dicitur; quippe Christus suam reputat gloriam, posse naturae humanae conferre gratiam. In primo indicatur gloria resurrectionis Salvatoris. In posteriore gloria in caelum ascendentis. Excelsior appare in caelis (instit. Genebrard. hic.) potestatem tuam declarando. Celsus in terra per gratiam: celsior super omnem terram per potestativam gloriam: optatque exaltari in caelis; ut plena felicitate donentur homines: etenim si resurgente glorificabatur anima; super caelos, & beatitudo extendebatur ad corpora. Hinc ascendens in altum dedit dona hominibus. Non singulariter donum; sed donavit micare duplex gratia; simulque incudes excuterentur, quia natura suspensa premebatur: quandoquidem non solum ab anima exclusit mortem; sed mortis etiam in corpore potestatem: eius quippe ascensione elevanda usque in culmina caeli, quae prostrata à morte, sedè iacebant in pulvere. Exaltare super caelos, ut exaltemur capitis exaltatione. Ut liberentur dilecti tui. Ut liberentur? Iam passione ac resurrectione liberi. Hoc summum natura decus: verum restabat captivum corpus, cuius redemptione incorruptione faciendâ, ubi donaretur gloria: optaturque ascensio Christi, ut liberentur dilecti; quippequam ante ascensionem è captivitate educit, verum non plene.

9. Causa subest. Animam è corpore mors captivavit per supplantationis diabolicae crimen, retinens dedititij generis servitute. Christus per gratiam restitutum aperuit animae caelum, conferens sanguinem lithrum: attamen corpus captivum non gaudebat eleutherio; quippe putre iacebat in sepulchro. Utrumque liberandum, ut plene perficeretur felicitas dilectorum; & post tot gratias petit David Redemptoris in caelum ascensionem; ut plene duceret illum captivam captivitate. Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas. In virtute tua, qua in caelum ascendis; ostendens virtutes tuas, quae omnia quae in homine etiam in caelestia trahis: igitur si ad Patrem gloriose à terra elevatus; gloria tantè elevationis extenditur usque ad corpus. Nescio, an huiusmodi intuitu exaltationis, olim collocat catena in ipsis sepulchris; ut praemisimus Taut. 2. D. 1. n. 7. Est iam in Olympo, qui illum trahat. Est etiam quo trahat: quin carnem post trophaum mortis in servitute relinquat; equidem virtute Salvatoris in caelum carne ascendentis, catenis in gloriam levat vel cadavera è sepulchris.

Genebr.

Pphel. 4

8.

Psal. 59

7.

Corpus minis ascensionis redimitur.

Psal. 10

14.

Et in gloriam elevatur.

Yi.

Achil. Bocch.

Si pro Cliloan 14. 3.

Cum plenitudine gaudij.

Cap. 15 11.

A.R. 11.

Alapid.

Sousa.

Cur tuc gaudium plenius

Vi dissipat undique, frangens Omnia: consumens volat, & rapit omnia sursum.

10. Indicavit discipulis transurus Salvator ad Patrem; ut scirent quid & quò futuri post mortem devitiam mortem. Si (pro Cium) abiero, & preparaverò vobis locum; iterum venio, & accipiam vos ad me ipsam. Quid est Ad me ipsam? Particula similitudinis est. Videbis Malucend. in Psalm. 104. 22. q. d. Cum abiero, locum vobis preparabo; & iterum veniam, ut sitis, sicut ego sum in caelo. Abit, in caelum scandit, illic asseclas affluit: & iterum veniet? An ut accipiat? Illos iam morte in caelum acceptur. Uti que, verum non ut erat ille. Ille in caelis gloriosus anima & corpore. Per mortem in gloriam discipulorum accepturus animas; caeteram necium erat illorum plena felicitas: & licet in morte venerit ad felicitatem animae, iterum veniet, ut sint in caelo sicut est ille; quoniam coaet gaudium plenum ex glorificatione corporum. Delicat ipse. Haec iocutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit; & gaudium vestrum impleatur. Proposito sibi gaudio, sustinuit crucem; corporis & anima resurgens ostendit felicitatem. Non solum fuit gaudium, sed plenum. Hanc gloriam contulit crux: hocque dicit, ut plenum eius gaudium in illis sit; quoniam gaudium in hominibus impletur, dum in caelo etiam corpus glorificatur: etenim cum illos accepit in caelestia glorioso corpore; erunt ibi triumphantes, sicut & ille.

11. Ergo in mysterium, quia per illum inventur in homine plenum gaudium. Ascendit Salvator ad Patrem, discipuli mirabantur ascendente. Accedentes Angeli dixerunt: Quid statis aspicientes in caelum? Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet, quem admodum vidistis eum euntem in caelum. Veniet (subdit Alapid.) in iudicio universali, ut vos adiuvat in caelum. Iam enim, teste morte, in patriam cum gloria collocavit. Unde igitur in universali iudicio ad caelum Iesus assumet? Dicit Mell. Sousa, de Ascens. Domin. v. 261. Uti dicitur Christus permansit honore, Nunc aliquod magnum decuit conferre munus.

In iudicio universale, corpus illorum subgebit dotibus gloriae. Quousque ita in electis decorum; gaudium est, sed non est plenum. Tota felicitas conferenda, ut plene gaudeat, qui eius secutus vestigia: ducentosque dicit in Olympum, quos iam habet, quo tempore in iudicio Salvator venerit;

Tom. III. Taut.

quippe corpora gloriosa tuac sumer ad gaudia caeli, in plenitudinem gaudij. Hic Iesus. Gaudet modò gloria corporis & animae. Non contristemini, sicut & caeteri, qui spem non habent. Sic ad vos futuro tempore veniet: & dum ascendit in caelestia, iudicij universalis fit memoria; quia cum venerit in iudicio universale, eritis vel in carne gloriosi sicut est ille: igitur per gloriosam ascensionem, etiam corpora è sepulchro nanciscuntur beatitudinem. Damasus, Carm. 10. metricè signat.

Angelus hoc verbum cecinit, quod utrumque reportat.

12. Demonstrat Christus carnis assumptionem, super omnem creaturam caelestium dignitatem; ut humani generis natura, per illum ascendentem collocaretur in gloria. Dum humanam naturam siederibus reportavit, caelum pervium uti patriam peregrinis ostendit: Ut securi in posterum (ait Augustin. de Tempor. Serm. 176.) cred. remus mirandi donum; cuius iam in presenti percipissimus effectum: & fidelis quisque cum iam tanta perciperit per ea que cognoscit praestita, discat sperare futura. Futura è praestita? Uti que. Quò praecessit gloria capitis, eò spes vocatur & corporis. Habentes ergo Pontificem, qui penetravit caelos, se sum; festinemus ingredi in illam requiem; igitur aperuit, nec reclusit, ostium; ut post illum inveniremur ingressum. Sic? Nè: ita collata gloria. Introivit semel in sancta, id est in caelum: ait Haymo. Quia ille ingressus, ingrediemur. Assumpta ab illo carne, sumus corpus. Introibimus in tabernaculum eius: equidem ut habeamus introitu portae gloriae non clauduntur. Unde ergo fovetur gaudium? Ibi Christus assistens Pontifex futurorum bonorum. Futurorum? Non praesentium? Sunt praesentia, & sunt futura. Sunt praestita, atque praestanda: praestita, in Christi ascensione: futura, quae praestanda humani generi: igitur per Redemptoris ascensionem admirabilem, futurorum in illo tenet cautionem. Apposuit Alapid. hic: Futura bona: Gratiam, gloriam, omnesque dotes tam animae, quam corporis, quae in caelo. Praesentia bona in gratia: in gloria futura. Praesentia, Dei visione, animae felicitate: futura, corporis multiplici dote: & dum Christus Introivit in caelum, assistit Pontifex futurorum bonorum; quippe cum gloria resulset cumulus, ex communicatis animae & corpori dotibus, per Salvatoris in caelestia exaltationem, adipiscitur homo totius gloria plenitudinem. Aliò, sed in

Damas.

August.

Hebr. 4. 1 & 14. Futura gaudia ascensione sunt praesentia.

Cap. 5. 11.

Verf. 11

Alapid.

Cc 2 rem,

rem, Ovid. 9. Metamorph. Fab. 4.

Ovid.

Sentiet: Aeternum est a me quod traxit, & expers Atque immune necis, nullaque domabile flammis: Idque ego remotâ terra, caelestibus oris Accipiam.

Triumphus Sil.

13 Hæc insignia mirabilis triumphi, illud usque à saculo non audit. Describit Plutarch. in eo, triumphum Dictatoris Sylæ, de Mithridate Rege Ponti. Triumphus (inquit) magnifico sumptu, & raro aspectu regionum spoliarum splendidus: plus tamen dignitatis habuit, & pulcherrimum spectaculum præbuit, propter exules. Nobilissimi enim & potentissimi civium, servis redimiti, currum sequantur, Servatorem & Parentem vocantes. Rerum gestarum rationes virtutis opera recensuit: & ad extremum ob tam prosperos eventus, felicem se cognominare iussit. Meminit Goltz. In Fastis pagin. 176. Alium, circumstantiis celebrem, refert idem in Scipione Africano, Valeriusque Maximus, lib. 5. cap. 2. n. 5. Q. Terentius (inquit) inter paucos Senatorij ordinis splendidus, optimo exemplo, Africani currunt triumphantis (quia captus à Cartaginensibus, ab eo fuerat recuperatus) pileum capite gerens, secutus est. Auctori enim libertatis sua, tamquam Patrono, beneficij confessionem merito reddidit. Omnes gentes plaudite manibus, iubilante Deo in voce exultationis, Ascendit Christus ad caelestia regna in iudicio, cum illo etiam ascendit redemptus homo; quia subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris, restituens homini libertatem, reducens in patriam exilem: dum triumphus victorem mortis in caelestia elevavit, victoribus simul quod sequantur ostendit; ut minister etiam cum honore sit, ubi ille gloriosus est: & per sedem acquisitam superioris maiestatis; mirabilis splendoribus Sanctorum appareat in Sanctis suis.

Valer. Maxim.

Symbola Salvatoris, in caelum ascendit.

Ovid. d.

Quem Pater Omnipotens inter cava nubila raptum, Quadrijugo curru radiantibus intulit astris.

Briet.

14 In triumpho Pompeij Magni de Africa, arcta fuit decori porta. Ad currum suum iunxerat elephantos (refert Briet. V. C. ann. 573.) sed quia ipsi ingressum porta triumphalis non aperiebant, constitit. Ita Plutarch. in eo. Idem videtur in triumpho Christi, inaudito apparatu, singulari maiestate, & gestorum magnitudine, servis clatis in libertatem, atque exulibus in patriam delictiosè caelestem. Verum arcta erat por-

ta, quæ pridem clausa. Suspenditurne triumphum maiestas? nullo modo. Astollit portas. Astollit portas Principes, & elevamini portæ æternales: igitur uti pridem, sunt angustæ; ut ingrediatur rex gloriæ. Iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi. Iter iam per illum factum (pridem ignotum) ex quo in cruce emisit Spiritum. Novum innuit, ubi facere præcipit. Novum? Utique pro victoribus auctoritate. Tantus homo victoribus in isthmis habebatur. Tantis hunc victoribus in isthmis habebatur (ait Natal. Comes, 5. Mytholog. cap. 4. & nos ex eo, Ephemer. 10. Jun.) tantaque erat victorium civitatum latitudo; ut multa milia passuum victores in manibus suorum civium portarentur, ne omnino terram contingerent: neque ingrederentur per portas civitatum, ut reliqui; sed pontes illi tumularij fierent supra moenia civitatum. Iam Salvator nolter iter fecerat: novumque fieri ascendenti in caelum mandat; ut insignis de morte & inferno, eius decore celebraretur victoria; ubi iam ad ingressum in caelos non est clausura. Obiispecte caeli, & portæ eius desolamini vehementer: equidem transiens, caelum ascendens per murum; aperuit Christus comitantibus triumphum gloriosa regna celorum. Plauerunt cives caelestes manibus ascendentem in gloriam, quin triumphans tangeret terram. Ascendit in voce tubæ, turba militum ex coronis comitante: & ubi ad caelos perventum est; corruerunt muri, ut olim in Iericho.

15 Huiusmodi apparatus Salvator prægnavit per Davidem, gloriam in ascensionem præcinentem. In Deo meo transgrediar murum; ut præfiguratur de morte singulare trophæum in admirabili triumpho, quo dignatus Deus-homo: igitur nec solus Deus sentire, nec solus homo superare potuisset. Per murum aperitur via, ubi specialis præ certamine victoria: Christusque murum transit, ubi in caelum pervenit; quoniam, etsi in pugnam validissimi hostes (qui homines tyrannidi subegerant servitutis) expolians principatus & potestates, libertate donatos in caelum traduxit confidenter potens in prælio; palam triumphans illos in semetipso. Arx Sion occupata erat, ut nemo posset ingredi in Ierusalem. Proposuit David præmium, ei qui primus ingrederetur per murum. Ascendit igitur primus Iob, & factus est Princeps. In redemptionem hominum; quibus caelum clausum, à Deo Patre propositum præmium. In capite libri de Salvatore scriptum: reportavit triumphum: ascendit expugnationi, ut ceteri pos-

Pl. 23. 7

Pl. 67. 8

Gloria victoris in isthmis. Natal. Com.

Pl. 49. 8

Pl. 1. 73. 10. Iam caelum per viam.

Christus primus in caelos ascendit, ut homo intraret.

r. Paral. 11. 6.

possent ingredi: qui quidem pervium obtulerunt ostium; quoniam Salvator primus illuc ascendit per murum. Debetur novus honos, ubi novus intervenit triumphus: qui sanctamq; ita novus, secum in caelestia ducente captivos; ut nullus posset portam ingredi caelestem, in ille primus per murum ingrederetur et arce.

Cr. eius En Deus ascendit, quem circum personat asber.

Iam proceres alij veniunt ad castra tonantis. 16 Concinite plausum, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum. Sol vapores fursum elevat, ut splendore ad se trahat. Surtium ergo sint corda, quousque porta appareat animæ pervia: qua de caula ascendens in altum contulit dona. Nô abit abiens hinc. Hic prærens hic Iesus, qui assumptus est. Ineffabili modo per ascensionem cepit esse divinitate præsentior, qui factus est humanitate longinquior. Subdit Leo Pap. d. Serm. 2. Ratio lib. 11. Metam. figuratur ab Apuleio. Quanto longius Luna distat à Sole, tanto illuminatur pari incrementum itineris, & luminis. Per te, Salvator, natura restitutus honos; ubi elevata est magnificentia tua super caelos. Te duce, si qua manserit sceleris vestigia nostri. Irrita perpetua solvent formidine terras,

Unde nobili aensione orae seuor?

Leo Pap.

Apulei.

Virgil. 4. Eclog. N. 13.

DIDASCALIA II. Gloria Transfigurationis speculum gloriae carnis.

1 Plena, ut vidimus, hominis beatitudo, est terrena etiam portio glorificatio, ad quam natura ingemiscit; quoniam mors adhuc post funera premit Salvatorque N. compescens gemitus, ne desponderetur vel in triumpho mortis animus) in Thabore disposuit sui corporis miram transfigurationem; ut futurae gloriae homo videret specimen: transiret reformato corpore per dotes animæ; & infirum splendorem, in Salvatoris imaginem; quoniam ubi sicine Salvator in Thabore videtur, gloriam futuram in se mirifice speculatur: siquidem videt in lumine lumen, ut transeat ex claritate animæ in corporis claritatem: & fatetur transformata natura, cum apparuerit etiam corpori gloria. Vide in L. iter. a. n. 42.

Gloria nostra ex ois gloria.

Tautol.

Itai. 16. 15.

gia. Venit Christus in redemptionem prævaricationum, suum sanguinem effundens in cleutherium. Hominem quoad animam servitatem liberaverat; sed corpus a servitute libertate non eruat. Ab illo totus homo liberandus, dum gloria donaret corpus: gloriaeque corporis signat in Thabore specimen; quippe etiam corpus per gloriam adepturum libertatem. Altruit Leo Pap. in Transfigurata. Domin. cap. 3. Revelata est (inquit) abscondita excellentia dignitatis sed non minore providentia spes sancta Ecclesiae fundabatur; ut totum corpus Christi agnosceret, quali esset commutatio: donandum: ut eius sibi consortium honoris membra promitterent, qui in capite præfulsisset. Claritatem gloriae suæ demonstravit; quia licet insolens esset in eo maiestatem Dei, ipsius tamen corporis; quò divinitas regebatur potentiam nesciebat. Intellexerant, videntes gloriam, potentiam maiestatis, verum potentiam gloriosè ignorabant corporis; in quo quam in speculo, videbatur corporis nostri futura glorificatio: quandoquidem si mirabilis gloria corporis fulgentis; illa etiam gloria revelabitur in nobis.

Leo Pap. Tunc in corpore attendit Christus, quòd ce- labat cor- pus.

Rom. 8. 2. Tolet.

2 Altruit Paulus. Creatura liberabitur à servitute corruptionis in libertatem gloriae. Toletus & Perer. In imitationem ad exemplar. Pende: Liberabitur in libertatem. Essent quæ libertas cum onere servitutis; ut libertas addatur beneficio libertatis: Plura diximus in Littera expositionum, modò in articulum præsentem. Totus homo reatu primæ transgressionis, catenis fuit mancipatus servituti; ita ut anima tradere- tur venerbarum Principi, atque corpus ut mortali, corruptioni. Utrumque iugum, proterendum à Christo; ut libertatem reciperet totus homo. Anima per gratiam, corpus per gloriam; quæ mortale immortale, corruptum incorruptibile: libertateque nova additur libertati; ut impleatur in omnem plenitudinem; accipiens homo carnis glorificationem; igitur sicut anima à servitute criminis ratione gratiæ; ita à servitute corruptionis liberabitur corpus dotibus gloriæ. Iam enim libertas prima per Christi mortem animabus concessa: gemebant corpora in sepulchris, servitute corruptionis; & ubi Paulus ex gloria superventura significat libertatem, ad exemplaris intendit imitationem; quoniam per eius gloriam, quæ fuit corpore carnis, ut eruat à corruptione revelabitur in nobis, Revelabitur. Modò abscondita, quippe iacent sub corruptione cadavera. Vivificabit mortalia corpora nostra: igitur ne perpetua cogi-

Unde ple nitas si beatitas anima & corpore ruit

Vet. 11. 8

Colof. 3. 3.

tarent corruptionis servitutum, in corpore pramontrati glorie corporis specimen. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita erat in Christo gloria, quia moriturus. In Thabore ostendit gloriosum corpus; ut scirent qui mortui, quod a servitute corruptionis liberandi: igitur qua vita cadaveribus abscondita, gloria corporum vel post mortem revelanda.

Verf. 4.

3. Causam subdit. Cum Christus apparuerit, vita vestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Cum apparuerit Christus, gloria hominum apparebit? In monte gloriosus apparuit: ait Angustinus. Serm. 11. 2. de Tempore. tuncque cum ipso, hominum apparuit gloria, licet corpora iacerent in sepultura, quoniam per eius corporis miram glorificationem, glorie future videbatur specimen. Ideo apparuit. Non habebatur, quia mortui erant, ceterum non desperabant: quandoquidem cum ex Christo corporum glorificatio; a servitute corruptionis vel post mortem liberandi, ex gloria qua apparebat fulgente corpore Christi. Hinc gloria & vita, sed abscondita memorantur, ubi mortui proponuntur. Mortui specie

Quoniam in mortui vita ex Christi corporis gloria

Anselm

(subdit Anselmus) vivi radice. Est metaphora arborum in hyme, dum corpora, quia mortalia deduntur morti: & Christo apparente glorioso corpore; in corporibus mortuis fit memoria gloria & vite; quippequam veniente gloria, vita qua abscondita revelanda: etenim resforebunt ex ipsa morte, per radicem gloriosam corporis Christi. Quia etiam tenebris immersum pulvere corpus.

Monil. 2. Aeron 1. 1. 3.

In lucem de nocte vocat, illudque revolvit Inter ius versum, nature federe rupto: Fata referit, vitamque sua radice ferentis.

Rem. 8. 23.

4. Redempta sane erat anima, sed adhuc heret gramma. Ipsi intra nos gemimus (inquit Paulus) adoptionem filiorum Dei expectantes. redemptionem corporis nostri. Cur corporis redemptio dicatur adoptio; diximus; Tom. 7. T. 5. n. 42. Servitutem sane patitur, si corpus redimitur. Quam ergo servitutem, in redemptionem? Corpus (inquit Anselm.) quod adhuc corrumpitur, expectamus, quod incorruptibile fiat & immortale. Hac est enim redemptio corporis nostri, ut ab omnibus molestiis redimatur, liberetur, & veram salutem consequatur: nondum enim habet salutem. Quippini gemimus, ubi iacet sub morte captivum corpus? Redimitur; modo gloria, sicut anima, donetur: Christianique corpus appareat in transfigura-

Anselm

tione gloriosam, ut compefeat gloria captivorum gemitum: etenim redimitur etiam exuens servitutem, vident in corpore Christi totius glorie claritatem: per gloriam quippequam habet corpus Christi, cognoscit uti in speculo, que gloria futura corpori. Hac enim de causa qui cum Christo vixit in maiestate sublimis montis vertice (quem copiosa nimis illustrabat lux) dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. Sermo erat de morte subeunda in cruce, per quam libertas conferenda homini: & dum loquuntur de excessu crucis, Christus apparet in gloria corporis, ut exploraretur ibi tanquam in speculo, hominum futura glorificatio: igitur videnda corpora huiusmodi claritate, ut corpus Christi videbatur in monte. Excessum. Excessus dicitur, ubi ultra stipulationem aliquid agitur. Satis videbatur in gloriam hominis, quod anima eximeretur a ceteris servitutis. Satis libertati, at non satis Salvatore. Erat excessus, extensione glorie ad corpus; excellentique meditante exponitur, ubi Christus glorioso in monte transfiguratur; quoniam gloria ipsa homo portiturus in carne, que mirabili splendore fulgebat corpore Christi.

5. Nil obstat, si corpus pulvere iacet, vel si iacebit: ut in venerit, absdubio glorificavit. Quid quod mortale, vel mortuum? Lucet, quali per hanc gloriam commutatione donandum. Patet in articulo glorioso Theatri, quod devenit prae amore excessus passionis Christi. Resplenduit facies eius sicut Sol, veltes eius sicut nix: Et ecce apparuerunt illi: Moyses & Elias, cum eo loquentes: qui quidem tanto splendore, etiam vixi in maiestate. Cur igitur illi insignes viri, & non alij, Christo glorioso, in maiestate vixi? Ut aliorum in corporibus micaret specimine claritas, ubi in his rutilabat tanta maiestas. Corpus mortuum erat Moysi: Elię ceterum mortale.

Quid quod & Elias & clarit. videre Moysen? Alter adhuc vivens, alter flans lumine mortui. Accinit Sedulius, 3. Carmin. v. 285. Effectus transfigurationis Salvatoris exponitur, dum Moyses & Elias in maiestate ex claritate videntur: equidem cum ex eius corporis gloria, gloria corporibus derivanda; in claritatis exemplum, mortale corpus apparet; & etiam mortuum: caro quippequam hominum erat commutanda glorie; etiam si in pulverem redacti vel redigendi. Excessum demonstrat, ubi Christus in signum corpus clarificat: quandoquidem fulget miri-

Radix nostre glorificationis.

Luc. 9. 31.

Quare dum corruerat corpus, memoratur excessus sui.

Matth. 17. 1.

Luc. 4.

Sedul.

Cur Moyses & Elias apparuerant maiestate, in salute vixi gloriositate ornes

Ibid.

rificet dotibus glorie; quantumvis tunc haberet corpus mortale. 6. Scrutemur. Apparuerunt illi Moyses & Elias. Quidni dicitur, quod apparuerunt Christo in ipsa transfiguratione; sed dumtaxat Apostolis, quando visi in maiestate? Ut per maiestatem illorum videretur, quid per Salvatoris transfigurationem reliquis conferebatur; ubi corpus mortale & etiam mortuum, Christi glorificatione in maiestate visum: igitur videntes, dato tempore videndi; sicut illi apparebant coram Christo in maiestate.

Sedul. d.

Cunctis lumen agit, cui radiat testibus amplo Discipulis fulgore tribus. Non enim discipuli Salvatoris maiestatem ignorabant sed ipsius corporis potentiam atque virtutem nesciebant: apparenteque Moyses & Elias, ubi virtutis corporis perfectata maiestas; ut scirent, corpora donanda gloriosa immortalitate, ex claritate virtutis radiante corporis Christi. Hic est excessus; quod nimirum, mortale, vel mortuum sic glorificetur corpus. Hæ sunt posteriores gloria, a Petro in Christo significata. Prior erat salus animæ: etiam caro illustranda salute: & licet posterior, haudquaquam eiusmodi glorie, qui excessum completurus, obliuiscitur; quoniam dum in gloria animæ intenditur salus, gloriam etiam posteriorem, participaturum corpus.

1. Petr. 1. 11.

Exod. 33. 18. 23. Cur corporis fulgor dicitur gloria pulveris?

Alapid.

7. Hinc Moyses assisit theatro, quoniam illius glorie illi facta promissio; ut placet Tertuliano, 4. Adversus Marcion. cap. 22. Quid ille optavit? Ostende mihi gloriam tuam: inquit. Quid Dominus? Videbis posteriora mea. Voto in promissione derogat, vel superat? Superat in ampliore gratiam, ad exoptantis plenissimam gloriam. Animæ petitur gloria, verum Domini gratia procedit ultra. Complete intendit excessum, & ultra votum. Est gloria prior, & gloria posterior. Posterior corporis: prior animæ spiritalis: & dum Moyses priorem poscit, in gloria qua posteriora videbit; quoniam post gloriam animæ, etiam corpus mortale particeps glorie. Totum hoc, ut antumat Alapide, visum in Christi transfiguratione. Videtur prorsus difficile. Moyses ibi apparuit in maiestate, verum non glorioso corpore: diciturque in Salvatoris transfiguratione visum, etiam corpus esset mortuum; quippe cum glorie posterioris transfiguratus fulgeret perspicuo speculum; per transfigurati radios, vident in corpore Christi, quem atque quantam gloriam eius habiturum corpus. Hinc disfunditur

lux, & alba apparent Christi vestimenta sicut nix. Vestimenta (ait Gregor. Magn. 32. in Job, cap. 7.) sunt iusti glorificandi: candidaque apparent vestimenta, ubi corpus Salvatoris coruscet gloria; quoniam illi vel in corporibus fulgebunt glorie candore, ex fulgore & maiestate transfiguratione Christi. In facie Solis rutilabat gloria: & vestimenta ex illa facta sunt candida; quippequam per corpus Salvatoris claritatem, corpora acceptura claritatis splendorem. Non tunc vestimenta sicut facies, que fulgebat instar. Solis. Candor vestium sicut Aurora, in tenebris lucida: Christus uti Sol: corpora sanctorum adinstar Auroræ sunt; ut virtus Solis transfiguratione appareat, dum illa in glorie splendorem elevat: & sicut Auroræ, collocatur lux in tenebris; quoniam ex Sole venerandum corpus lucis, etiam in ipsis tenebris mortalitatis.

Ex tenebris olim dixit splendescere lucem.

8. Fontem hanc illuminationum Doctor Gentium signat Christum; ut post animæ gratiam beneficio libertatis, experiretur natura etiam redemptionem corporis. Nos liberavit (inquit) secundum propositum suum & gratiam, que data est nobis in Christo Iesu. Propositum Paternæ & æternæ charitatis, fuit redemptio animæ & corporis: animæ per gratiam, terræ portionis per gloriam. Unde ergo si in Christo data, nobis hæc gratia concessa? Si in Christo qua nobis est, quomodo habebimus nos? Non enim eodem tempore, quo animæ per gratiam salus, per gloriam obtinuit corpus: quapropter idem ad Coloss. 1. 14. dicit: In quo habemus redemptionem. Animæ iam habuimus; carnis habemus: & ubi exponitur in gloriam donum huiusmodi libertatis, dicit in Christo, sed nobis; quippequam corporis nostri futura glorificatio, transfigurata carne, palam videtur in Christo: non alio enim in Thabore corporis gloriosi pulchram ostendit speciem; nisi ut corporis nostri (terrenum licet) videremus splendorem. Nobis hæc gloria data, sed non in nobis (quouque fieret redemptione corporis, glorificatio pulveris: Christiane dicitur, que nobis per eius glorificationem concedetur; quoniam expandit transfiguratus ideo claritatem eximiam, ut per æterna corporis specularemur gloriam: igitur in naturæ humanæ dilectæ decus, gratiam & gloriam hominibus dabit Dominus.

9. Amplius a Paulo demonstratur glorie scena, dum tantorum charitatum exponitur causa, intendit. Prædicta corporis glo-

Matth. d. v. 7. Greg. Mag.

Bargioci Eubol. 111.

2. Tim. 1. 9.

Colof. 1. 14. In Christo glorie corporis speculatur homo

Tim. d. v. 10. Hendiadys.

Illuminationis illuminationis.

Alapid.

Lucret.

Leo Pap.

Gloria carnis Salvatoris communicata eggerit.

glorificatio nobis sanè data in Christo; subditurque: *Manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Iesu Christi; qui destruxit quidem mortem, & illuminavit vitam & incorruptionem.* Hendiadys est: id est, Vitam incorruptibilem. Patet iam propositum, & quomodo in Christo etiam nobis manifestum. Per illum animam concessa gratia, qua mors mortua, expulso iaculo criminis; sed effectus vulneris remanebat in corpore carnis, corruptione corporis. Hoc quoque à corruptione redimendum, etsi mysterium nobis esset absconditum. Hominum vota erant huiusmodi carnis redemptione, ut per vitam immortalem, mortis fieret iam vulnerate destructio. Tot desideria glorificatione abscondita carnis: nuncque dicitur manifestata per illuminationem Salvatoris; quoniam micabat quæ gloria futura corpori, per gloriam corporis Salvatoris in carne. *Fecit, ut gloria apparet:* inquit Alapid. Non contulit, dumtaxat in illo apparuit; ut nostrum floreret corpus, ubi manifesta gloria corporis eius: qua quidem illuminatur, ut illuminetur. In eandem utique imaginem transformamur, videntes per anigma miram speciem, ut fiat processus de claritate visa in claritatem. De anime per gratiam beneficio claritatis, in claritatem terreni labilis corporis: igitur ut conformetur corpori claritatis sue; Christus reformavit corpus humilitatis nostræ. Retorqueamus Lucretium, 3. de Rerum natur. à v. 500.

— *Simili ratione sententur*
Corpus & anima.
Quare etiam atque etiam resolutio corporis omni

— *Tegmine, & cunctis extrâ vitalibus auris, Dissolvi sensus animi fatiare necesse est, Atque animam; quoniam coniuncta est casu sa duobus.*

10 Intelligitur modò Leo Pap. ubi supra. *Aperit ergo Dominus (inquit) coram electis testibus gloriam suam, & communem illam cum ceteris corporis formam.* Forma corporis cum ceteris in gloria communis? Elucet itaque quid propositum amoris, cum eius corpus splendet eiusdem naturæ, & alterius gloriæ; ut aptaret ad imaginem per gloriæ similitudinem: diciturque (in eiusdem forme carne, gloriæ discrimine) forma communis, ubi fit transfiguratio; quia ceteris eadem claritas, quæ videbatur in Christo: igitur vel in corpore mortali meditato confluxit carnis transfigurationem, ut gloriæ propria quoad corpus testes viderent imaginem. Ostendit charitatis propo-

situm, dum designavit corpus glorificandum; & quàm gratum illi, si terrenum fieret eius fulgore cælesti: quandoquidem eandem habens corporis conditionem, singulari claritate, claritatem ostendit fore communem. Huiusmodi fausta fors exponitur ab Ecclesia, ubi transfigurati promittitur gloria. *Deus (inquit) qui in Unigeniti tui gloriosâ transfiguratione, adoptionem filiorum perfectam mirabiliter præsignasti,* &c. Non signavit adoptionem, sed præsignavit, exhibens in filio gloriosam speciem; qua totus homo obtineret libertatem. Est adoptio perfectâ, & inchoata. Inchoata dum anima dumtaxat donatur gloriâ; sine illa corpore intra sepulchrum manente. Est namque perfectâ adoptio; ubi corpus per gloriam surgit & pulvere: & dum Pater cælestis in filij transfiguratione corporis ostendit gloriam; filiorum præsignavit adoptionem perfectam; quoniam in claritate corporis, transfiguratione exhibita, præsignabatur splendor, quo caro cæterorum illustranda: etenim in gloriam corporum, corpus Christi gloriosum obijciatur speculum; ut exploraret redemptionem corporis, adoptionem perfectam filiorum Dei expectantes: ex Salvatoris enim gloriosa prærogativa vivificata prorsus mortalia corpora nostrâ.

11 Ante transfigurationem dixit Servator N. *Sunt quidam de die stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis, venientem in regno suo.* Ut actu comprobaret pronissa, transfigurato corpore post dies sex, illis apparuit in gloria: tuncque dicit videndus in regno suo; quia tunc videbatur sicut futurus in celo. *Filium hominis venientem in regno suo.* Marcus aliter: *Donec videant regnum Dei veniens in virtute.* Inquiritur quemnam in transfiguratione virtus sit, qua venturum regnum Dei? *Tunc enim & non ante (inquit Caietan. hic) venit regnum Dei in virtute immortalitatis corporalis, & plenitudinis potestatis.* Potestas Salvatoris profectò nota in animâ glorificationem; sed ille voluit ostendere potestatis plenitudinem, in immortalitate mortalis carnis, glorificatione corporis; qua victuri feliciter in cælestibus, habentes in gloriam mortale corpus: regnumque Dei prædicat in virtute videndum, ubi Christus exposuerit discipulis corpus transfiguratum; quoniam hominum etiam caro particeps gloriæ, ex potestate & virtute transfigurationis Christi. Quoad animam per gratiam erat adoptio; sed non plena, quia per gloriam restabat corporis perfectâ redemptio; demonstranda aliquando,

Quare Christi transfiguratio dicitur hominis perfecta adoptio

Math. 16. 28.

Marc 8. 39.

Caietan

Ex transf. figurat. quomodo gloria in virtute

Ineret. d. v. 45

Math. 27. 5

Psal. 29. 8. Quia in in balasmodi gloriæ decori

Senec.

Psal. 206. Ibid. Cur dicitur gloria magna, atque modesta decor gloria

do, sed non modo, corporis immortalitate: & Christo transfigurato, ostenditur in virtute; quippe per eius corporis communicatam gloriam, habebant eorum luminibus adoptionem perfectam: etenim virtute, corporis etiam signans glorificationem: nostræ felicitatis demonstravit plenitudinem. — *Corporis atque animi civata potestas inter se coniuncta valet, vitæque fruuntur.*

12 Ut altantibus appareret regnum Dei, discipuli in montem adducti sunt. Illicque de celo facta est vox: *Hic est Filius meus dilectus: ipsum audite.* Quidni *Videte?* In eum videbatur congruum, tendere luminum aciem; quem tanto honore, maiestate, lumineque circumspiciebant illustrem: cur igitur haud illis imponitur, quod videant; sed solummodò, quod audiant? Audire spectabat gloriam anime videre autem gloriam corporis: & transfigurato Domino, tantum dicitur, ad gloriam anime; ut audiant; quia gloriam corporis in virtute iam viderant. Hinc Salvator Patri dixit: *Præstitisti decori meo virtutem.* Speciosius formâ floruit præ filijs hominum, summæ pulchritudinis exemplum. Patet in transfiguratione ampliore tribuit decorum: in splendoreque non decorum considerat, sed decoris virtutem; quoniam ex virtute decoris eius in corpore transfigurati gloria, decorum gloriæ profectò habebit natura humana. Amor eximius erga homines, provexit illum in ostensionem internæ huius claritatis; in qua decoris decus, & decoris virtus. Decor sibi, virtus homini: igitur ex virtute eius decorus, quo vifus corporis fulger; in corpora terræ etiam manavit splendor. *A corpore modò homo aquo animo exit (dicam ex Senec. Epist. 92.) nec quis deinde reliquijs eius futurus sit exitus, querit. Totum hoc quo continetur & unum est & Deus: & socij eius sumus & membra.* Hinc Christo datur decor, & virtus decoris, propter communicationem assumptam in corpore lucis: igitur à gloria in Thabore præstita, provenit fauste humani corporis gloria.

13 Innuat Regius Psaltes, dum gloriosum Salvatorem prævidet inter mortales homines; ut illos transformaret in cælestes. *Magna sanè est gloria eius, & apparuit siccine in monte transfiguratus: cuius in theatro in solamen hominum (o Pater luminum!) Gloriam & magnum decorum impones super eum.* Gloria eius præponitur magna: & gloria eius in Thabore alia superadditur gloria; propter amorem eximium, erga maiestatem hominum: igitur gloriam

insignem ostendit in Thabore, quoniam animi habuit: sed insigniorem, quoniam mortales eiusdem gloriæ participes fecit. Hinc subdit, *Gloriam & magnum decorum.* Decor profectò ex gloria: magnus, quia communicata; etenim ni gloriæ hominem constitueret participem; amor eius gloriam ipsam non haberet ut decorum. In Thabore gloriosus corpore splendet, verum homini fulget: gloriæque magnum explicat decorum; quoniam communicatione, amoris demonstravit magnitudinem. Est gloria & decor & magnus, dum splendet immortale mortale corpus. Gloria ex singulari corporis splendore: decor & magnus, transfigurati virtute: siquidem per Salvatoris gloriæ miram ex amore virtutem; corpora nostra immortalem participabant fulgorem.

14 In huiusmodi mysterio Salvator ostendit amoris insigne, gloriæ clausura atque manifestatione. *Causura,* quia eum gloriam in corpore nonnumquam habere, illi esset connaturale; propter hominem voluit corpus habere passibile. *Manifestatione,* ne caderent animo, qui, quia mortales, obnoxij sepulchro; quasi post fulmina mortis, semper futuri corruptione pulvis: & in transfiguratione præstantur gloria & decor; ut clarescat pro hominibus in corde Salvatoris quantus amor: quandoquidem si gloria amoris, dum gloriam corporis hominibus clarè ostendit; decor amoris amplior, ubi propter gloriam hominum gloriam corporis abscondit. Sedul. d. à v. 273. succinit:

Nec tamen, humano quamvis in corpore Christum (Matris ab occiso mortalia membra gerent?) Clam fuit esse Deum; quia non absconditur unquam.

Candida forma nivis Domini de tegmine fulsit,
Solis in ætheream versus splendore figuram.

DIDASCALIA III.

Innotescit per dona, pectoris amantis flamma.

1 Nonnumquam Amoris stemma gratia, ignisque cordis insignia; quippe lingua amantis opera. Quarierunt pastores Salvatorem recens natum; & plura locuti celebrantes mysterium. Quæsierunt Reges, invenerunt pleni gaudijs; nec fit memoria; quod ulla proferrent verba.

Da Eum

Amor fuisse Christi & dum gloriam ostendit, & dum abscondit.

Sedul.

Luc. 2. 18.